



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quæ sit causa iusta dicendi Missas alias à currente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

& timorati sine scrupulo faciant.

7. Neque obstat, esse mortale notabiliter addere vel demere Orationes Missæ: non obstat, inquam, quia addere vel demere nisi parvitas materiæ excuset, sapit mutationem Ritus, quod non est in casu quo una Missa ritè approbata dicitur pro alia similitudo approbata.

Non nego ex aliquibus circumstantiis, etiam in casu nostro, posse esse quid grave, nam si quis v. g. die Dominicæ Resurrectionis vellet in paramentis nigris celebrare missam defunctorum, cum sic videatur irrogari iniuria tantæ solemnitati, non esset facile, nisi excuset ignorantia, culpa gravi excusandus. Idem, si temere, & semper mutatio fieret, sciret enim contentum, ut universaliter dixi cap. 5. §. 1. num. 6.

Quæ sit causa iusta dicendæ Missæ votivæ, seu aliæ à currente.

8. Prima causa est, quando corpus insepultum præsens est in Ecclesia, tunc enim posse in Dominicis, & festis celebrari Missam solemnem Defunctorum concessit Sacra Rituum Congregatio apud Gavant. in man. Episc. v. Missa, num. 27. & in Rubric. Missal. p. 1. tit. 5. num. 2. lit. X. ubi usus obtinuit, ne quis sepeliatur sine Missa, Sed non in die Resurrectionis Domini, vel simili multum solenni: tunc enim debet Officium Sepulture insequentem non impeditam diem transferri. Sabbato Sancto post Missam diei solemnem poterit in diei obitus celebrari Missa, de Requiem, cum iam ex usu, solemnitas festi Paschæ sit die sequenti, & ad summum solum tempore Missæ prædicti Sabbati. In die Depositionis Defuncti, & in Anniversariis, qua ratione in festo duplici, & semiduplici possit cantari una Missa Defunctorum, & quomodo, si incidant eiusmodi Anniversaria in festo de præcepto, debeant transferri, vide apud Gavantum in Rubric. Miss. per. 1. tit. 5. num. 2. lit. X.

9. Secunda. Qui careret Missali novo, posset, ne omitteret eo die Sacrificium, recitare Missam votivam cum alio Missali, in quo esset votiva, non autem currentes.

10. Tertia. Qui navigationem periculosa incipit, qui nuptias benedicit, qui pluviam, vel serenitatem necessariam petit, qui necessitatibus premitur, vel aliquod notabile damnum timet, potest in feria, in simplici festo, & in semiduplici Missas votivas pro illis necessitatibus conducentes celebrare Pro re tamen gravi publica, posse unam solemnem cantari, etiam in festis non majoribus, num. 4.

11. Quarta. Ei, qui ducitur aliqua non modica devotione ad dicendam aliquam Missam, eam libens in dictis diebus permittis concederem, quia video timoratos conscientie id sine hesitatione in praxim passim deducere; saltem sequuntur hi probabilem Suarj sententiam quam n. 6. retuli.

12. Hinc interrogatus ab Illustrissimo Archiepiscopo Montis Regalis D. Ioanne de Turrishglia. An propter suam infirmam valetudinem, qua stare diu pedibus tunc non posset, posset Die Dominico Palmarum, & duobus, seu tribus sequentibus licet, in suo Oratorio privato, recitare votivam de Passione Domini, quæ brevior est, quam illæ currentes, in quibus legitur Passio Domini: putavi eius devotionem rationabilem præbere causam, ut in dicto Altari privato sic celebraret. Multo magis, quia votiva Passionis Domini congruebat tempori.

13. Quinta. Ut impleatur voluntas Testatorum, vel Fundantium Capellanias, amplior facultas conceditur, de qua mox §. seq. num. 1.

14. Sexta. Qui Officium aliud reiterans, deinde celebrat in Ecclesia, ubi agitur dies aliquis festus loci illius proprius, non solum potest, sed ex magna congruitate debet Missam loco conformem recitare, quia

secus esset aliqua populi offensio, ut notatur in Rubric. Miss. part. 3. tit. 19. num. 16. §. 2. Huc reducitur, quod dicam infra de Capellaniam §. seu. num. 7.

§. I I *Quales Missæ, ex recepto stipendio debent esse possint.*

1. **S**acra Rituum Congregatio apud Gavant. in Rubric. Miss. p. 1. tit. 5. §. 8. Sacra tamen: censum non posse Missas, de Requiem, in festo duplici, quod est de præcepto, ut Testatorum voluntate agatur. Non ait (habet ibid. Gavantus) ad aliorum votum, quod bene nota, sed pro implenda legum functionum.

Hinc facile colligis, maiorem facultatem esse Sacerdotibus ob Fundatorum voluntates, & quæ ceperunt statum stipendium, quam ob aliam causam de quando Panormitanus cap. Quidam Lectorum Missarum celebr. dixit, turpe esse Sacerdotibus eorum petitiones relinquere Missas cum Officiis concordantes propter postulares ex devotione, eligendus de petitionibus ordinariis vivorum, non de dispositionibus mortuorum: (addere libens paritatem rationis) non verò de stabilibus fructibus, quantumvis vivorum, quibus merito magis legati, sive ad allicendos animos ad similes dispensationes. Sed iam distinctius id, quod in titulo prænotandum. Recolatur autem iuxta dicta §. n. 4. quoniam sint dies non permitti, seu prohiberi permitti, si concessi.

2. Dico primò. Sacerdos, accepto stipendio, non vis promittere sine iuramento (nam cum illa §. 3.) Votivam, vel de Defunctis non solum potest etiam debet currentem Missam celebrare, in his prohibitis. Ita Marchin. de ord. tom. 2. part. 1. cap. 1. Ratio est constans Rubricarum, hoc est, legis sacre dispositio, quæ admodum rationabilis, est, quod ex una parte propter Missas votivas, & precationes non est populus à publicis festis avocatus, ex alia parte, cum sacrificium sit eiusdem valoris fructu is, qui Missam, dato stipendio, cap lavit.

3. Dico secundò. Idem (licet cum aliquando non ratione) dicendum est in diebus permittis, in his permittis à lege, exquiratur causa, & ex parte non inducatur causa sufficiens, quolibet impetio. Adde quod ille affectus conformitatis, à quod dicitur ad sacras leges, si Sacerdos, applicat petente Missam, compensare ad superabundantiam test fructum, quem per preces proprias Votive vel Funeris lucrari forte poterat petens. Recte Sylvester apud Marchin. ibid. n. 7. ait nullam esse Defunctis salubriorem (addo, & Sacerdotibus) gratificari per votivas intendis, gratiorem ipsam propriam diei currentis.

4. Duo in his duobus dictis adverte. Primò, ut fiant sine scandalo: quod tamen facile retorquebatur, si in his permittis à lege, exquiratur causa, & ex parte non inducatur causa sufficiens, quolibet impetio. Adde quod ille affectus conformitatis, à quod dicitur ad sacras leges, si Sacerdos, applicat petente Missam, compensare ad superabundantiam test fructum, quem per preces proprias Votive vel Funeris lucrari forte poterat petens. Recte Sylvester apud Marchin. ibid. n. 7. ait nullam esse Defunctis salubriorem (addo, & Sacerdotibus) gratificari per votivas intendis, gratiorem ipsam propriam diei currentis.

5. Obiicies contra nostram sententiam. Si quis Votivam, v. g. de Beatissima Virgine vel de Requiem, infideliter aget celebrando de currente, non licebit. Respondet, non infideliter agere, quia